

Ex Patribus, & aliis.

Labente ab ingenta innocentia dignitate homine, per multorum curricula temporum in Trinitatis sacrosancto Collegio, mirandum misericordia, & iusticia, invicem habuere consuetum. S. Laurent. Just. de triumpho c. 1.

Sicut per hymen rigor, & tempestas, divina iusticia ita per astatem serenitas divinae misericordiae, significatur: dies ergo astatem beneficia sunt divinae pietatis. S. Bonav. f. 3. in Epiph. D.

Sol Lem. Mortificat, & vivificat. Vel. Humiliat, & sublevar. S. Cyprianus ep. 31. Sicut respici debet divina clementia, sic & respici debet divina censura: Deus enim, ut est indulgens: ita est praeceptorum suorum exactor; & quidem diligens. Paravit caelum; sed paravit & Tartarum: paravit refrigeria; sed paravit etiam aeterna supplicia. Picinelli. Vide Bonitas Dei.

TITULUS XX.

MODESTIA.

Joseph quoque posuit manus suas super oculos tuos. Gen. 46. Oculos morientium claudere ritus antiquis inviolabilis erat. O si vivis eos claudere ad humana; ut mortui possent videre divina! Abulensis inquit: ideo mortuis claudi lumina; ne, praeter lethali frigore palpebris frigiditatis, stupidi oculi horrorem incutiant inuentibus; ideo quoque os, manus, & pedes, mortuorum componuntur. Si bona videret in iis dispositio sensuum, & membrorum; quem horrorem incutere debet, videre hominem viventem, oculis, ore, manibus, pedibus, & toto corpore, dissolutum, Alvarez Ill. 266. Scias religiose, te Mundo mortuum; & horrore esse virum mortuum, dissolutos oculos, inveras manus, & pedes incompositos, exhibere. Illam ergo charitativam tibi habe; qui silentium tibi, modestiam gravitatem, totiusque corporis honestatem, amice commendat: majus enim beneficium est viventi modestiam tradere, quam mortuo jam lumina claudere. Id. ib.

Sapientia hominis luce in vultu ejus. Eccl. 8. 1. Tripletter sapientia luce in vultu. Primo quia, ut ait. S. Hier. anima seipsum, suasque passiones, & affectus; imprimat corpori; praeteritum vultui, per naturalium Sympthiam. Secundo, quia sapientia, & virtus, non tantum animam, sed & corpus, praesertim vultum, ad omnem honestatem, & decorem, componit, facitque, ut in eo reluceat gravitas, comitas, probitas, pietas. Tertio, sapientia luce in facie: quia facit sapientem omnibus amabilem. Cornelius hic.

Modestia. 1. Petri 3. 8. Angeli, ut docerent nos modestiam, sepe apparuerunt in corpore assumpto: ut in eo Angelicos mores, & modestiam exprimerent. Cornelius hic.

Ama modestiam summopere; ut divini spiritus tabernaculum efficiaris. S. Ephrem Baran. 5.

TITULUS XXI.

MORBI.

S. I.

Utiles anime.

Num. I.

Symbola, & similitudines.

Ex Veteri, & Novo.

Urgebantque Aegyptii populum de terra extra velociter dicentes: omnes moriemur. Ex. 12. 33. Mos quotidie nobis impendens; & ejus comites morbi, sapienter invadentes admovent; jamjam esse demigrandum, & tamquam Aegypti urgent Israel: qui, nisi allictus, & oppressus, non facile promissam unquam terram illam lacte, & melle, redundantem adamasset. Hieronymus Clarius l. 1. or. 7. in die Cin.

Morbi sunt multo plures lapidibus grandinis. Eccl. 10. 11. Lapidibus grandinis sunt infirmitates immissae a Domino. Et plures convertuntur ad Dominum per infirmitatem, quam per praedicationem. Hugo Card. hic.

Misit Salomon in Ophyr, ut aurum inde deferretur. 3. Reg. 10. 11. Ophyr infirmitas interpretatur. S. Rupertus l. 2. c. 30.

Universum lignum ejus versabit in infirmitate ejus. Pl. 40. 4. q. d. ut tui, o Deus! dulcem capient somnum; ut eis tuis ipse manibus lectum componis. Quis sensum horum verborum? S. Chrysol. l. 14. Caro est, quae versatur, & versat: ipsa est ergo, quae in adversis resolvitur, in prosperis versat. Ut infirmo beneficit, & quicquid versari stratum, excuti, sursum, ac deorsum volvi, necesse est. S. Ambrosius l. 1. de poenit. c. 13. quod nocet corpori, adjuvat spiritum. Didacus Nyss. l. 2. in die Cin.

Habens sub me milites. Eccl. 8. 9. hoc voluit subintelligi: ut homo, qui & Deus es, passiones omnes; & uni-

versas infirmitates, habes potestati tuae; & iudicis tuis, misere licentes; & dicit hunc vade, & vadit. Dicit, inquam hunc spiritui infirmitatis, recede; & recedit: dices item alii, cum causa, & ratio, postulat, veni, & venit: ut felicit flagelletur, quem flagellari volueris. S. Rupertus c. 20. in Evang. Morbi enim funt quasi milites, & satellites tui, quos ad nutum in reos emittis; & penitentibus, ac supplicibus revocas. Cornelius hic.

Dedit illis potestatem ut curarent omnem languorem. Matth. 10. 1. Apostoli possunt dici infirmitates corporales; quas mittit Dominus quasi correctores; ut ab errore revocent homines; vel ut eos, qui boni sunt, efficiant meliores. Hugo Card. hic.

Accessit, & regit laculum. Luc. 7. 44. Quoties & tu ad inferni sepulchrum properas! misericors autem Dominus tangit manu loculum, corpus; mittendo morbum, ut retineat & ad vitam gratiae revocet. Stella hic.

Cuius filius infirmatorum Capharnaum. Joann. 4. 46. Capharnaum Eusebio Emiseno id est, quod villa constantina, quasi suburbanum praedium, in quod homines relaxandi gratia lecedere solent. Non sine mystico addit locum infirmitatis Joannes: nam quod majus loculum, quae voluptas amoenior; quod praedium gratius? quam lectus aegri? Didacus Nyss. D. 20. Pent. s. 3.

Quomodo infirmus robustior potest esse sano? Anima tres habet inimicos, demonem; Mundum, & carnem; corpore vero infirmo jam unus ejus inimicus occubuit. Neque caro solum vitia; sed transiitque in statione propria ad partes animae, quae jam cum duobus luctatur; nec sola, sed corpore adjuvante. Stella de cont. p. 1. c. 81.

Ex Patribus, & aliis.

Fruenti granum projectum in terram, & mortuum; cum juxta sicum lapidem pululasset, liliun ita fererit dixisse: unde tibi contrito, & mortuo & spiritus germinandi? cum ego, quando conterer; eo ipso perdit? cui granum respondit: hoc mihi est virtutis granditae contingit; quae fit, ut passio mea sit mea actio; & dum morior, revivisco. Phoenix mortua generat; & cinnaomum contritum plus inflammat. Sic infirmum membrum sine dolore tangi non patitur; & sanum; dum tangitur, delectatur. S. Cyrillus in Apol. c. 22.

Oraveram plane quam saepe, ut in me coelestis disciplinae rigor irrueret; & petulantem corporis mei insolentiam non levi languoris aegritudine castigaret. In quo me divina clementia non desepit; sed ultra spes praebitis annuens, non sine ignore; mea vota complevit. Dedit enim mihi Pentecostem lugubrem, non Pascalem; & ut ita dicam, contulit mihi Jubileum; non Sacerdotalium turbarum clangoribus intonantem; sed suspirii potius, ac gemibus lacrymabiliter obstreptentem. Dominico nimirum die fabricans in lectulum decidit; septemque transactis hebdomadibus, aequo Dominico die, qui nimirum quinquagesimus erat, Deo me resuscitante, surrexi. Dom. Petrus Dam. l. 6. ep. 19.

Non solum in mari, aut in bello; sed etiam in lecto, apparet virtus. Si ferrem es; per infirmitatis ardorem rubiginem amittis; si argentum; per ignem soliditas: si vero aurum; exercitum per ignem a magnis ad majora proveheris. S. Laurentius Just. de Patientia c. 4.

Faciant homines sicut nautae: qui, cum sunt in mari, dum ferentem tempus est, vacant lussibus, & dissolutionibus; & Domini obliviscuntur: cum autem ingruit tempestas; tunc devotè invocant Deum; & Sanctos; & vota multa faciunt. Sic homo ferè quilibet, dum est in prosperitate, omnia mala, & ferè nulla bona facit; sed in infirmitate promittit, quidquid potest; cum autem sanatur, nihil vult solvere, quod promissit. Hugo Card. in Pl. 77.

Infirmitas expressa est imago naufragii: nam dum navis illi-ctur faxis; aut ventorum, fluctuumque, rabie procellosa concutitur; universa Mundi pretiosa vilescunt, & in pernicitatem transit; quidquid fuerat occasio voluptatis. Petrus Blef. ep. 150.

Pecus in luto jacens stimulis erigitur sic infirmus ad confessionem, bona opera. Brognard. Morbi.

Reges Puream, vocabant morbos nuntios caeli, quibus se dicebant ad Deos acciri. Nierenbergius l. 8. histor. n. c. 13. Morbus corporis medicina cordis. Leo, teste Solino, quartanam semper patitur, divina providentia, ut ejus ira temperetur. Elephantis aegri colliguntur herbas salubres, & antequam eos edant, erecto ad caelum capite, etiam herbas levant: & quaedam quasi religione a Deo auxilium postulant.

Multo magis homo a Deo in morbo petat ejus auxilium. Genianii l. 7. c. 66.

S. Agnes V. Ord. S. Domini, videbatur sibi in somno post orationem Angelo de sua cella ad olivæ arborem duci, ibique calcem sibi ab eo porrigi cum his verbis: bibe sponsa Christi calcem hunc, quem Dominus JESUS etiam pro te bibit; quem illa arreptum avidè bibit. Oblata illi haec visio novies, diebus Dominicis novem continuis. Nec mul-

to

ed post secuta gravis, & diuturna infirmitas, quam patientissime toleravit. Bolland. 20. Aprilis.

Num. II.

Exempla Biblica.

Vere scio, quid non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel. 4. Reg. 5. 15. dixit Naaman Syrus. O felix lepra; quae veri Dei cognitionem in hujus viri mentem induxit! quae si defuisset, nec ullo morbo laborasset; gentilis permanisset. Stella in Luc. 5.

In diebus illis agrotavit Ezechias. 4. Reg. 20. 1. Nè de miraculoso triumpho extolleretur; vel quia non cantavit Canticum Domino post stragem hostium, ut mos erat; sicut Moyses, Anna, David, &c. Hugo Car. hic. Ne elevaretur cor Ezechiae post incredibiles triumphos, & de media captivitate victoriam; infirmitate corporis sui visitatur; & audit; se esse moriturum; ut convertus ad Dominum flectat sententiam ejus. S. Hieron. l. 11. in c. 38. 11.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. 1. Vide, quam cito animae sanitatem indulgit paralytico; nec mora interposita. Vidit hominem sedentem in solio, v. 9. non mox animae sanitatem confert Matthaeo; sed jubet sequi, & sensim animae labe ponere. Quod inter utrumque discrimen; S. Chrysol. f. 30. ad paralyticum refert; ad verba valetudo mox animae maculam eluit; ad Matthaeum bene valens tempore egebat, quo animum mundalet. Chrysol. paralytico dicitur: veni sequere me. hoc est, ut sequendo me, repas, quod sequendo pecuniam perdidisti Confide fili, dimituntur tibi peccata tua, quia confensuram delicta, doloribus, publicano autem dicitur: Pinna. Eth. 154.

Filius me male à demonio vexatur. Matth. 15. 22. Ut quid male? nunquid aliquando bene vexare quempiam volet? Minime, sua intentione dumtaxat; sed divina providentia, quae bene malis utitur; demonum, malorum hominum voluntatibus, sunt secuta coronae. Clamat hoc Martyrum exercitus, vexantibus demonibus; Tyrannorum terrore, & supplicis, consecratis. Haec sua materno iudicio, male à demonio vexatur. Sic enim intentione Sathanae sed ad profectum utriusque bene vexata est: nam amba in anima liberè; à cultu averse Gentilium, in Christi familiarum transierunt. Simon Cassi. l. 5. c. 24.

Cum infirmus, tunc parvus sum. 2. Cor. 12. 10. Vides; quia causa infirmitatis robur spiritui augeat, & subministret vires; ita è contrario novis carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari. S. Bernardus f. 29.

Quae causa fuit, quod Magdalenam ita fuit peccatrix, quod perdidit nomen; Martha vero semper fuit Virgo? gratia Dei, & tribulatio. Nam dicit Ambrosius, quod Martha fuit illa mulier Matth. 9. 10. quae duodecim annis habuit fluxum sanguinis: quando Magdalenam cecidit in peccatum, Martha cecidit in infirmitatem; quia alias fuisset ut Magdalenam. O benedicti infirmitas! quae facit servare castitatem. Pl. 138. 143. tribulatio & angustia, invenierunt me. quali perquirant hominem Ideo mandata tua medicatio mea est; scilicet ad servandum. Sancti Vincentius Ferrer. serm. 5. Dom. 16. Trinit.

Num. III.

Sententia Biblica.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Pl. 15. 4. Christus iram unquam convertit in gratiam, infirmari me volens, nè gravius infirmaret. Eram salutis meae neglector, & immemor sed desiderem, & in via Dei letescentem, infirmitatem multiplicata simulavit ad cursum; Petrus Blef. ep. 31.

Invenietis requiem animabus vestris. Matth. 11. 29. Non dicit corporibus; nam in hoc vita Lex Christi maxime quietem affert animae. Et quia, ut ait S. Paschal. l. 6. in Matth. in praesentiarum corpora cruciantur; ut animae à vitis requiescant. Sylvira hic.

Ego Agnus Dei, ecce qui tollis peccatum Mundi. Joann. 1. 29. Non dicit morbos corporis, non molestia carnis; sed peccatum, quod est morbus animae, & corruptio mentis. S. Bernardus f. de triplici Adventu.

Num. IV.

Sententia Patrum, & aliorum.

Omnis languor, & omnis infirmitas, quam sanavit Salvator tunc in populo; referuntur ad infirmitates spirituales animarum, secundum differentias passionum. Origenes tr. 4. in 17. Matth.

In dextera deliciae, in sinistra medicinae sunt. S. Bernardus f. 4. in Nat. super illud: leva ejus sub capite meo. jactatum te gravi aegritudine significasti mihi, credidisse in Dominum JESUM, & jam cepisse revalescere. Ad salu-

tem igitur ea infirmitas fuit; plus aculei, quam periculi ferens: quia diu promissum remordebatur. S. Ambrosius ep. 9. ad Bellicium.

Quam multi agrotant in lecto innocentes; & si sani fuerint, procedunt ad scelera committenda. Quam multis obest sanitas! S. August. tr. 7. in Joan. 11.

Quanto quis carnis plus fessus est, tanto erit animi virtute robustior, & sapientiae complexibus aptior. Origines hom. 16. in Gen.

Corpore agrotante animabellè habet; anima floret, atque in caelum oculos habet; cum voluptates decidunt, atque una cum corpore marcescunt. S. Greg. Naz. or. 4.

Optimum medicamentum ad salvandas animas, aegritudo corporis esse comprobatur. S. Laurent. Just. l. de spir. animae resurrecti.

Gratias tibi caeli moderator, & conditor; qui dispensatione subtili, & oculis miserendi itineribus, vias nostras, & de afflictione componis, & ad virtutem perfectam pia laceratione nos reparas. Ennodius Eucharisticum de vita sua.

Quis, quisquis ille es, quia ratione infirmi sunt sancti viri? Respondeo breviter: quia ideo sancti viri infirmiores se esse faciunt: quia si fortes fuerint, sancti vix esse possunt, si infirmitatem corporis appetendam sibi etiam Apostolus putat; quis sapienter evitat? Si fortitudinem carnis Apostolus metuat, quis rationabiliter fortis esse praesumit? Legimus Timotheum 1. Tim. 5. 23. Apostolum carne infirmum fuisse; nunquid negligebatur à Domino? aut ob infirmitatem Christo placere non potuit? qui ad hoc infirmus esse voluit, ut placeret; quemque etiam ipse Apostolus Paulus, licet nimis jam in infirmitatibus laborantem, non tamen nisi pusillum vini sumere, ac de libere permittit. Hæc est, ita cum voluit infirmitati suae consulere, quod noluit tamen ad fortitudinem pervenire. Salvianus de provid. l. 1.

Vere divinae dispositionis ordo laudabilis; quia; dum fecit, curat; dum percussit, erudit medetur; dum vulnus infligit. Ad hoc enim te venerande Pater, divina severitas corporalis molestia verberibus cinxit; ut tanquam doctilem puerum à levitate compelleret. Ideo te malleo disciplinae percussit; ut vas utile in domo domini, à caliginis sordibus, vel superduæ rubiginis squamate purgaret. Petrus Dam. l. 4. ep. 17. ad quendam Episcopum.

Morbus est occasio frequenter conversionis à malis consuetudinibus in sanitate. Unde potest dici quoddam purgatorium vite praesentis. Sic ergo patet, quod infirmitas est majus bonum, quam Sanitas. Hujusmodi echerchia solent mittere maximis amicis suis. B. Humbertus f. 92. ad infirmos in hospitalibus.

Erigit, attollitque, se animus corpore jacente. Lipsius ep. 12. Centur. 1.

S. II.

Morbi sunt loco Purgatorii.

Ora Dominum, & ipse curabit te. Eccl. 38. 9. Infirmitas carnis, si patienter sustineatur, est quasi purgatorium ignis. V. Beda in proverbiiis.

Exiguus dolor in morbo brevi tempore plus exolvit de penis debitis; quam ignes, & diuturnus, in purgatoribus flammis cruciatus: adeo ut arbor sebris unus dies in hac vita possit exolvere unius mensis, aut etiam anni ignem in purgatorio. Stengelius r. 4. de div. Jud. c. 31.

Nocte quadam in somnis. S. Agatha apparet dicit Monacho Cisterciensi aegri; non fit tibi onerosa infirmitas hæc: quia isti sexaginta dies reputantur tibi pro sexaginta annis Caesaris li. 4. c. 30. apud Bolland. 5. Febr.

S. III.

Morborum origo ex peccatis.

Ex Veteri, & Novo.

Omnis quippe caro. Gen. 6. 12. Idem homo; quo peccante omnis caro dicitur corruptisse viam suam; quia propter eum omnis caro creata corrumpitur. Hugo Card. hic.

Errant oculos ejus. Judic. 16. 21. Congrua poena Samson privatur oculis, quia eis lascivè aspexerat, & concupierat Daliam: quæ proinde iusto Dei iudicio ejus captivitas, & coecitas fuit causa. Cornelius hic.

In diebus illis agrotavit Ezechias. 4. Reg. 20. 1. Quia non cantavit canticum Domino post stragem hostium, ut mos erat: sicut Moyses, Anna, &c. Hugo Card. hic. Ezechias incurrit infirmitatem propter ingratitudinem: quia post tantam victoriam Canticum gratiarum actionis non composuit sicut moris erat. S. Thom. Aqu. in c. 38. 11.

Qui delinquit in conspectu ejus, quis fecit eum incidit. (Syrus, traditur) in manus medici. Eccl. 38. 15. Noctam aptam allegoriam medicum enim comparatur tortori, vel iudici; Medicina comparatur torturae, & carnicinae; aeger reo; peccata



cata ægri criminibus rei. Hinc S. Scriptura morbos saepe vocat funes; & lectum, cui æger effigitur, vocat carcerem; in quo à Medico, quasi in equuleo, porionibus, sectionibus, clysteribus, & cucurbitis, balneis, cauteriis, ulioniibus, & affligitur. Ità Job in morbis suis c. 7. 11. nunquid mare ego sum aut, curus, quia circumdediti me carcere? Et David Pl. 17. 5. circumdederunt me dolores moris Cornelius hic.

Confide fili, remittentur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Declarans, quod paralysis effect; primum peccata solvit. Theophylactus hic. Idcirco forsitan prius peccata dimittuntur; ut, causis debilitatis ablatis, Sanitas restituatur. V. Beda in c. 2. Marci.

Remittentur tibi peccata tua. Luc. 5. 20. Primum animam sana, dicens: remittentur tibi. ut discamus; multas infirmitates à peccatis nasci. Theophylactus hic. Hugo Card. hic. idem habet.

Erat ejusdem dæmonium. Luc. 11. 14. Cur non dicitur, quod Christus sanaverit mutum; sed quod egerit dæmonium mutum? quia dæmonium erat in causa, quod esset mutus. Et Christus D. ut bonus Medicus, radicem tollit, Sylveira hic.

Erat Jesus ejusdem dæmonium. Ib. Erat hic miser homo mutus, cæcus; ut habet Matth. 12. 22. surdus, ut Chrysof. Euthym. & Theophylactus ajunt. Per ea plecitur peccator, per que delinquit. Maltorum opinio habet, miserum hunc hominem Deo injurium fuisse; & lingua, per verba otiosa; & oculis, per illicitorum visum; & auditu auferendo; quæ proximo perniciosa: ut intelligat peccator, quomodo iustitia divina utitur iisdem rebus ad vindictam, quibus ille abusus fuerat ad offensam. Didacus Nyss. Sabb. D. 2. Quadr.

Ita, ostendit vos sacerdotibus. Luc. 17. 14. Cur ostendi vobis Christus leprosus Sacerdotibus? ut discamus, melius per Sacerdotes, quam per medicos, languores curari. Cur verò dum trent, sanati sunt? ut doceamur: Dei pharmacum accedentibus ægris currere, nec pati se ab iis conveniri. Ipsum curationis desiderium curatio est. Oliva l. 13. Strom. hic.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 8. Languido insigni sanato reliqui probabiliter sanitate donari: ex improbi enim societate poenis afficimur, à quibus abstrahi ab impio liberamur. Efcobar t. 1. mir. Chr. Obs. 10.

Jam noli peccare. Joan. 5. 14. Totà causa infirmitatis erat peccatum: quod dum non removebatur; frustra languidus tot aquæ motus expectabat. Quid juyat moveri? tentare omnia: ubi solum peccatum immobile manet in anima.

Miserum vasa, quæ erant in navi. Joan. 1. 5. irritus erat nautarum labor; & Jonas, qui erat author tempestatis, somno stertebat. Bæza t. 2. l. 9. c. 2. §. 17.

Ecce mittam eam in lectum. Apoc. 2. 22. ut scilicet ægra fiat. Cur ob tot seclera rigidior pena ei non infligitur? nihil durius mulieri, quam ut domi detineatur, & extravagari non possit. Sylveira hic. Mittam eam in lectum, id est, percussam eam morbo: ut quæ modò in voluptatum; ac vitiorum suorum, lecto quiescit; decumbat in lecto ægritudinis; indeque transeat ad lectum gehennæ. Cornelius hic.

Corpus hominis, ob varia peccata, variis saepe morbis affici; & immutari videmus: membra enim corporis redduntur & inimica; quia ipse à Deo, & proximo, se alienari permittit. S. Ephrem de morbo. linguæ.

§. IV.

Motiva patientiæ in morbis.

Transferunt omnia illa, tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrent. Sap. 5. 9. Per nuntium currentem significantur passiones animæ, & corporis, quæ præcedunt mortem. Tales nuntios oportet hilariter, vel ad minus patienter accipere, & hospitium præpara; alioquin male erit nobis Judic. 7. 24. vixit Gedeon nuntius. Hugo Card. hic.

Fili, in infirmitate tua ora Dominum; & ipse curabit te. Eccl. 38. 9. Matri de filio ægro major cura, & affectu signa, quam de decem sanis. Solutum ægro discipulo à patre datum, ne contristeris: quia, si ferrum es rubiginosum? rubiginem perdes: si aurum; sies purior. Brogmard. Morbi pellunt peccata.

Si vis, potes me nonnare. Matth. 8. 2. Tu si vis, notat desiderium curationis mixtum cum resignatione: resignant enim, & se submittit voluntati divinæ; ut, si velit, curet; si non, non curet. Morbi enim saepe animæ sunt utiles: idque fuit Deus; sed nescit homo. Cornelius hic.

Ut manifestentur opera Dei in illo. Joan. 9. 3. Poterat cæcus dicere: quid Domine: ad hoc homines in æruminis ponis, ut gloria tua manifestetur? Verum d. cæce l. quam magna est Dei misericordia, & gratia; vilissimum terre vermiculum in instrumentum gloriæ suæ assumere. Virga Aaron baculus erat. Num. 17. 10. sicut & aliorum pastorum: verum quia assumpta à Deo fuit in mirabilium suorum instrumentum; in

Arca testamenti reconditur; tantique æstimatur, & colitur; ut nemo, præter summum Sacerdotem, illam semel in anno perspiceret. Gloriari ergo in infirmitatibus tuis, ut manifestetur in te virtus, & gloria Christi. Diez fer. 4. D. 4. Quadr.

Ecce, quem amas, infirmatur. Joan. 11. 3. Venit infirmitas in Lazarum; sed longè antè venerat in illum Dei amor: prius dilectus dicitur, quam infirmus. Perseverasti cum in beneficiis: nunc dulcedinis. Pl. 20. 4. Antea dulcia amotis pocula, quam potiones amara. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 7.

§. V.

In morbo patientiæ exempla.

Tolle saniem remechar. Job 2. 8. Accepit testam, ut raderet saniem. Dic d. beate Job! ob quam rem hoc facis? Merito, in quæstio, exaggero, atque commoveo, ipsos dolores; ut per cuncta ostendam nequissimo diabolo: quia ejus malitia irideo; quia iniquitatem ejus contemno; quia omnes ejus plagas, atque vulnera, ad nihilum reputo. Ad hoc rasti Job sua vulnera tetta: ut nobis patientiæ, atque tolerantia, normam daret. Origenes l. 2. in Job. Job laborasse plus quam triginta morbis, puta, podagra, chiragra, ichiade, arthritide, dysenteria, angina, fame canina, igne facero, cancro, asthma, febri hectica, lepra, apostemate, pleuritide, vigilia, dolore renum, vermicibus, dolore costarum, visceribus putridis, ulcere pulmonum, scabie, lue venerea, animi deliquio &c. ex ipsis Jobi verbis, toto libro sparsis, colligit nosser Pineda in Job c. 2. 7. S. Cyprianus ait: Job significare clarissimum Dei: quia amore ejus constanter tanta subsistit. Cornelius in ep. Jacobi c. 5. 2. sufferentiam Job audistis. Immundam ulceris sui redundantiam magna æquanimitate distringebat, & erumpentes inde bestiolas in coedem specus, & passus, per amonice carnis ludendo revocabat. Tertullianus l. 1. de patientia. c. 14.

Lazarus ulceribus plenus. Luc. 16. 20. Lazarus pauper erat, & infirmus graviter. Ecce alius dolor, videre alios in deliciis, se verò fame premi. Num igitur Lazarus in tantis malis blasphemavit? nihil horum. Sed forte erat. Unde manifestum est propterea, quod Angeli ipsum mortuum susceperint. Theophylactus hic.

§. VI.

Morbi animæ, & cura eorum.

Non est circumdanda neque fœca oleo. If. 1. 6. Habes oleum divinæ misericordie, in quo fovcas vulnera peccatorum; habes oleum gratiæ, in quo mitiges morbos vitiorum; habes oleum gloriæ, in quo lenias fatigationes certaminum. Richardus à S. Vict. tr. 3. de statu inter hom. c. 8.

Hujus flamma caput ex auro optinet. Dan. 2. 32. Ad hoc procul dubio nonnulli permittuntur in actione deformiter cadentes; & aurum suum in argenteum, argenteum in æs, æs in ferrum; ferrum in telluram mutare: ut ex proprio defectu, & quasi per experimentum discant; quid de propria virtute, & fortitudine, sentire debeant. Idem de eruditione hom. inter l. 1. c. 22.

Erat homo habens dæmonium immundum. Luc. 4. 33. Quid divina Bonitas misereri non desinit, nec continet in ira misericordias suas; Filium suum misit in terras; ut passiones humani generis, quas neque natura, vel ars poterant sua virtute curare; divina & supernaturali virtute depelleret: ut ostenderet, quid inanitibus facturus erat, qui sic corpora refovebat. Simon Cass. l. 5. c. 8.

Murmurabant Scribæ. Luc. 15. 2. Expedi infirmis Medico esse propinquos; aliter invalens infirmitas inferret exitium. Nulla major infirmitas, quam fieri peccatorem; ad quam depellendam solus Christus est medicus: quia languores nostros ipse tulit: appropinquat Deo; & ipse appropinquabit vobis. Simon Cass. l. 6. c. 14.

Quia antiquorum morborum difficilis, & tarda curatio est; tanto velocius adhibeantur remedia, quanto recentiora sunt vulnera. S. Leo l. 1. de Resurr. D.

Si facili morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcimus; etiam si indusum dividendum sit, ut ab infirmitate illa liberemur: multo magis animæ in hereditatem, & gravissima peccatorum vulnera, curaturi; per elemosynam, cum summa alacritate eam exerceamus. S. Chrysol. l. 6. ferm. de Verb. Ap.

TITULUS XXII.

MORS.

§. I.

Symbola, & Allegoria.

Num. I.

Est Vesper, Occidens.

Inclinata jam die. Gen. 24. 63. Cum mors appropinquat, egrediendum est in agrum penitentia, unde celestia contemplerim. Hugo Card. hic.

Cum autem sol occidisset. Luc. 4. 40. Bene in occasu solis se ægros deprehendunt; & accurrunt ad Jesum. Occasus hic, vitæ quoque occasum signat; quo instante quisque sua vulnera clare intelligit, radiis vicinæ mortis illustratus. Tunc fatetur, languores esse, quæ videbantur dignitates esse, & opes: ad occasum enim unde dignitas occidit, & mammona, Oliva l. 13. Strom. hic.

Veniens ab Oriente, & Occidente. Luc. 13. 29. Per orientem designatur vitam natiuitatis; per occidentem occasus mortis. Itaque spiritualiter ab oriente veniunt; qui consideratione suæ originis convertuntur, penitentes illud Job 14. 1. Homo natus de muliere. Ab Occidente veniunt; qui mortis memoria, Judicii metu, Inferni formidie, convertuntur; penitentes illud Hebr. 10. 31. horrendum est incidere in manus Dei viventis. Dion. Carth. hic.

Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit. Luc. 24. 29. Quando finis vitæ nostræ appropinquat; tunc advesperat. Sicut manè principium, meridies medium; ita vespere finis vitæ. S. Bonavent. l. 3. f. 3. Pasch. Quanto magis inflat vespere hujus vitæ, debentius cogere Dominum orationibus; jejuniis, elemosynis; ut maneret nobiscum. Hugo Card. in c. 19. Gen.

Sol Lem. Recedo, non decedo. Seneca ep. 36. mors, quam pertimescimus, ac reculamus; intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. Picinelli.

Num. II.

Mors similis flumini.

Quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertatur. 2. Reg. 14. 14. Comparat vitam nostram aquæ, non fluminis pertransientis, sed pluvie delabenti in terram, ibique absorptæ; & evanescenti. Cornelius hic.

Qui sublatis sunt ante tempus sumus; & fluvius subvertit fundamentum eorum. Job 22. 16.

In diluvio aquarum multarum. Pl. 31. 6. Hæ vitæ populus: nam sicut aqua aquæ succedit, ita populus populo. S. Bonavent. hic.

Pro morte desultante deprecatus sum. Eccl. 5. 13. Mors dicitur desultare metonymicè: quia omnes, & omnia facite desultare, & dilabi, sanctitatem, vigorem, vitam, sensus, opes, amicos, omniaque Mundi bona. Cornelius hic.

Omnia flumina intrant in mare. Eccl. 1. 7. Sicut mare est hospitium omnium fluviorum; sic mors est depositio finalis omnium mortalium. Idiota lib. 5. contempl. cap. 13. Et mare non redoundat, ib. idest, non striatur mors, quousque omnes mortui fuerint. Hugo Card. hic.

Patres nostri præterierunt; nos abibimus; posteri sequentur. Velut ex alto undarum jactus; aliis, atque aliis supervenientibus, in littoris extrema franguntur: ita in terminum mortis succidit aliquidur ætates. S. Eucherius ep. paræn. ad Valerianum cognatum suum.

Fluvii in mare currentes. Lem. Propter nos ad unum, Lipsius Cant. 3. ad Belg. ep. 3. omnes in eadem viâ currimus, & ad eundem finem. Picinelli.

Num. III.

Mors est somnus.

In pace in idipsum dormiam. Pl. 4. 9. Somnum hic mortem appellavit. B. Theodoretus hic.

Vade popule meus; intra in cubicula tua. If. 26. 20. q. d. ite Matyres, d. julli, ad sepulchra; modicum ibi dormite, donec puniam impios. Cornelius hic hierogl.

Dicitur mors somnus propter spem resurrectionis. S. Thom. Aqu. in ep. i. Cor. Lect. 8.

Num. IV.

Alia Symbola.

Ex Veteri.

Completurque Deus die septimo opus suum. Gen. 2. 2. Septima dies est absolutio à corpore; de qua Saluator Luc. 23. 43. hodie mecum eris in paradiso; quæ dies non habet vesperam. S. Bonavent. f. 3. hexam.

Resistitque alterum in locum suum. Gen. 40. 21. Malum signum, quando incarcerationis timet exire. Ex eodem carcere tres exierunt: Unus ad mortem, pistor Pharaonis; alius ad honores, pincerna regis; tertius ad regnandum Joseph. Alii è carcere vitæ exiunt, ut suspendantur in patibulo inferni; alii, ut glorificentur in cœlis. Diez f. 2. Dom. 2. Quadr.

Prostrati, & versa est in celabrum. Ex. 4. 3. Serpens mortem significat: per serpentem enim homini mors perlata est. V. Beda hic.

Ad ultimum salisimo claudetur mari. Num. 34. 12. Post egressum Israel ab Ægypto Deus complura loca designans Moyse, tandem ad ultimum, inquit, salisimo. Dum vivimus, in alium orbem peregrinamur. Tandem, post continuum hoc iter, & mare mortis salisimum pervenitur. Hi termini sunt omnis voluptatis, & laborum: non plus ultra. Drexelius Tribunal Chr. l. 1. c. 4. §. 1.

Consumuntur velut à rinea. Job 4. 19. Sicut enim tinea vestimentum corrodit, quæ ex vestimento nascitur; ita mors naturalis ex causis interioribus corporis exoritur. S. Thom. Aqu. hic. Lect. 3.

Putredinis dixi, pater meus. Eccl. Job 16. 14. Per putredinem, & vermes, juxta S. Gregor. l. 13. mor. c. 20. intelligit Job ipsam mortem. q. d. mors ista me genuit: quia vitæ humana magis refert mortem, quam vitam; filii enim dicuntur imago patris; quia ore, moribus, & ingenio parentes referunt. Pinna Ethol. 118.

Tolle eum ventus urens, & auferet; & velut turbo rapit eum de loco suo. Job 27. 21. Ventus est mors; quem cum putredine, & dolore, omnes involvit. Sim. Cass. l. 4. c. 9.

Salva me ex ore leonum. Pl. 21. 22. Utique mortis. Tertullianus l. adv. Judæos.

Ipsi calcaneum meum observabant. Pl. 55. 7. Calcaneum, quæ est ultima pars corporis, signat mortem, observabat S. Vinc. Ferr. l. 1. de S. Petro ad vine.

Flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis (sectionis) advenit. Cant. 2. 12. q. d. mox ut flores apparent, & initia vitæ florent; jam tere adest tempus secandi per mortem: idè surgit, propra, & veni; ad ludiosè operandum. De Ponte hic. Mors iustis est velut putatio arboris; peccatoribus verò sicut sectio, vel eradicatio: sicut enim arbor fructuosa putatur, ut novos fructus ferat; sic iustus Christo unctus tanquam palme putatur in morte; ut novos, & dulcissimos fructus ferat divinæ visionis, gaudii, & amoris. Id. ibid.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula sumi. Cant. 3. 6. Sunt, qui cum S. Ambrosio ep. hunc locum ascensionis animæ per mortem ad Deum aptent. Sicut aromata igne dividuntur, & partibus terrestribus in cinerem redactis, fumus ascendit: sic à morte corpus in sepulchro consumitur, spiritus ad Deum. Eccl. 12. 7. redit. At sicut fumus secum fert odores materia, unde ductus est; ita spiritus odores operum, quæ fecit in terra; Spiritus iniquorum odores pessimos. Spiritus Sanctorum sicut fumus aromatum Opera sequuntur illos. Apoc. 14. 13. De Ponte hic Exh. 20. §. 24.

Unus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Sap. 7. 6. Sancti Hieron. ep. 6. ad amicum ægrotum tom. 8. d. angustum, & satis anxiu; tempus vitæ mortalitatis; ubi cum initio nominatur & finis: initium nostrum cum fine suscipimus.

Sicut solium frustificans in arbore viridi. Eccl. 14. 18. alia generantur. Eccl. v. 19. Brevi tempore victuri homines ad instar frondium enascuntur, & pereunt; & alii decedentibus, succedunt alii; quos alii superventuri movebunt loco, & ad terram protulerunt. Eccl. 1. 4. generatio præterit, & generatio advenit. Octavianus hic.

Et quasi Cypressus in monte Sion. Eccl. 24. 17. Cypressus succisa non recrebit: idè proficis erat Symbolum mortis, & funeris; indeque vocatur feralis. Ità sapientia docet hominem memorem esse mortis; ac post mortem non esse reditum ad vitam; sed transitum in æternitatem. Quare illud singulis affidue inlclamat: Eccl. 7. 40. memorare novissimam tuam, & in æternum non peccabis. Cornelius hic.

Ab Aquilone pandetur malum. Jer. 1. 14. Symbolicè. Aquilo est frigidus, asper, & lava Mundi regio. Est symbolum mortis, mortemque plantis affert: Austro vitæ. Cornelius hic.

Ecce vincinus pomorum. Amos 8. 1. Poma sunt homines, quos